LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 83r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



83

noscerentur :—

QVm igitur ea: que fieri volu[n]t: queq; per pphas suos multis se
culis ante predixit: xpus impleret: ob ea meritu[m]. & diuinas has
nescientes coierunt: ut deum suum condemnarent: quod
cum sciret futurum ac subinde diceret: se oportere pati atq; mitti pro salute
multo[rum] secessit: tamen cum discipulis suis non ut uitaret: quod nec erat per
peti ac sustinere: sed ut ostenderet q[uo]d fieri oporteret in omni p̄sequutione:
ne sua quis culpa incidisse uideretur. ac denu[m] ciuit fore: ut ab eis co[rum] prode
retur stipq; iudas premio illectus tradidit eum iudeis: At illi co[m]prehensum
ac ponto pilato qui tunc legatus Syriam regebat: oblatum cruci figi pos
tulauerunt: obicientes ei nihil aliud: nisi q[uo]d diceret se filium dei esse regē
iudeo[rum]. Item quia dixerat. si soluerit[is] hoc templum: quod edificatū est. in
mis. xlvj. ego illud in triduo sine manibus resuscitabo significans futuram
breui passionem suam: & se interfectum a iudeis tertia die resurrecturum:
Ipse n. erat dei uerum templum: Has eius uoces tamq; infaustas & impias in
sectabantur: quecum pilatus audisset: & ille in defensionem sui nihil dice
ret: pronu[n]ciauit nihil meo damnatione dignu[m] inueni. At illi inuictissi
mi accusatores: cum populo: quem incitauerant: subclamare ceperunt:
& crucem eius violentis vocibus flagitare. Tum pontius & illorum cla
moribus & herodis tetrarche instigatione metuentis: ne regno pelleret:
uictus est: nec tamen ipse sententiam protulit: sed tradidit eum iudeis: ut ipsi
de illo secundum legē suam iudicarent. Duxerunt igitur eum flagellis verbe
ratum: & prius q[uo]q; cruci affigerent: illuserunt. Indutum n. colore puniceo
veste ac spinis coronatum quasi regem salutauerunt: & dederunt ei ci
bum melli fellis: & miscuerunt ei aceti potionem: Post hec conspuerunt
faciem eius & palmis ceciderunt. Cumq; ipsi carnifices de vestimentis
eius contenderent: sortiti sunt inter se de tunica & pallio. Et cum hec
omnia fierent nullam vocem ex ore suo: tamq; si mutus esset: emisit. Tunc
suspenderunt eum inter duos nequissimos medium: qui ob latrocinia damp
nati erant: crucique affixerunt. Quid hic ego nunc tanto facinore deplore:
aut quibus verbis tantum nephas conqueror: Non n. grauiorem crucem
describimus: quam M. Tullius eloquentie sue nouies. ac uiribus uelut
effusis tocies ingenij fontibus prosequutus est: facinus indignū procla
mans esse ciuem romanū contra omnes leges in cruce esse sublatum: Qui
cuius innocens fuerit. & illo supplicio indignus mortalis tamen & ab hoc
scelesto: qui iusticiam ignoraret: affectus est. Quid de huius crudelitate
nitate dicemus: in qua deus a cultoribus dei suspensus est: atq; suffixus

.XVIII.

Persequutionem & mala
uitari debere hic elicit.

Pontius pylatus

Herodes Tetrarcha.

M. Tullius